



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CXXII. De præceptis iustitiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Deo, ut creatori, quod facit religio, est excellen-  
tius, q̄ exhibere cultū patri carnali, q̄ facit pietas, q̄  
est virtus: sed exhibere cultū Deo, ut patri, est adhuc  
excellētius, q̄ exhibere cultum Deo, ut creatori, &  
dño. Vnde religio est potior pietate uirtute, sed pie-  
tas secundum quod est donū, est potior religione.

AD III. Dicendum, quod sicut per pietatē, quā  
est uirtus, exhibet homo officium, & cultum non  
solum patri carnali, sed etiam omnibus sanguine iū-  
ctis, secundum quod d̄ pertinent ad patrem: ita etiam  
pietas, secundum quod est donum, non solum ex-  
hibet cultum, & officium Deo, sed etiam omnibus  
hominibus in quantum pertinent ad Deum. Et pro-  
pter hoc ad ipsam pertinet honorare sanctos, non  
contradicere scripturā siue intellectā, siue non in-  
tellectā, sicut Aug. dicit \* in 2. de doctri. Christ. Ipsa  
etiam ex consequenti subuenit in miseria consti-  
tutis. Et quamuis iste actus non habeat locum in pa-  
tria, præcipue post diem iudicii, habebit tamen locū  
in patria, quod præcipue tunc erit secundum illud Sap.  
6. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei:  
Erit etiam mutua honoratio sanctorum adinuicē.  
Nāc autem ante diem iudicii miserentur sancti etiā  
eorum, qui in statu huius miserie uiuunt.

ARTICVLVS II.

Primum dono pietatis respondeat secunda beatitudo,  
scilicet, beati mites.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ dono  
pietatis non respondeat secunda beatitudo, s̄  
beati mites. Pietas, n. est donum respōdens iustitiā,  
ad quam magis pertinet quarta beatitudo, s̄. beati q̄  
est iurunt, & s̄ iurunt iustitiam, uel etiam quinta beati-  
tudo, uidelicet, beati misericordes: quia, ut dictum \*  
est, opus misericordiæ pertinet ad pietatem, non er-  
go secunda beatitudo pertinet ad donum pietatis.

2. Præter. Donum pietatis dirigitur dono sciētiæ, q̄  
adiungitur in connumeratione donorum Isā. 11.  
Ad idem autem se extendit dirigens, & exequens.  
Cum ergo ad scientiam pertineat tertia beatitudo,  
scilicet, beati qui lugent, uidetur quod non perti-  
neat ad pietatem secunda beatitudo.

3. Præter. Fructus respondent beatitudinibus, & do-  
nis, ut supra habitum \* est: sed inter fructus boni-  
tas, & benignitas magis uidentur conuenire cum  
pietate, quā mansuetudo, quæ pertinet ad miti-  
tatem: ergo secunda beatitudo non responderet do-  
no pietatis.

Seo Contra est, quod Aug. \* dicit in li. de sermo-  
ne domini in monte. Pietas congruit mitibus.

Respon. Dicendum, quod in adaptatione beati-  
tudinum ad dona, duplex conuenientia potest atten-  
di. Vna quidem secundum rationem ordinis, quam  
uidetur Augu. \* fuisse secutus. Vnde primam beati-  
tudinem attribuit infimo dono, s̄. timoris: secundā  
autem, scilicet beati mites, attribuit pietati, & sic de  
aliis. Alia conuenientia potest attendi secundum  
proprium rationem doni, & beatitudinis. Et se-  
cundum hoc oporteret adaptare beatitudines donis  
secundum obiecta, & actus: & ita pietati magis re-  
sponderet quarta & quinta beatitudo, quā secun-  
da. Secunda tamen beatitudo habet aliquam conue-  
nientiam cum pietate, in quantum, s̄. per mansuetu-  
dinem tolluntur impedimenta actuum pietatis. Et  
per hoc patet responsio ad Primum.

Ad 1. dicēdū, q̄ secundum proprietatem beati-  
tudinum, & donorum oportet, q̄ eadē beatitudo re-

A spondeat scientiæ, & pietati: sed secundum ratio-  
nem ordinis, ditterse beatitudines eis adaptantur,  
obseruata tamen aliquali conuenientia, ut supra di-  
ctum \* est.

In corp. ar.

AD TERTIVM dicendum, quod bonitas, & beni-  
gnitas in fructibus directē attribui possunt pietati:  
mansuetudo autem indirectē, in quantum tollit im-  
pedimenta actuum pietatis, ut dictum \* est.

In corp. ar.

QVAESTIO CXXII.

De præceptis iustitiæ, in sex articulos  
diuisa.

**E**INDE consideran-  
dum est de præceptis ius-  
titiæ.

Et circa hoc queruntur sex.

1. Primum, Vtrum præcepta decalogi sint præcepta iustitiæ.

2. Secundum, De primo præcepto decalogi.

3. Tertio, De secundo.

4. Quarto, De tertio.

5. Quinto, De quarto.

6. Sexto, De alijs sex.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum præcepta decalogi sint præcepta iustitiæ.

AD PRIMUM sic proceditur.

Videtur, quod præcepta decalogi non sint præcepta iustitiæ. Intentio enim legislatoris est ciues facere uirtuosos secundum omnem uirtutem, ut dicitur in \* 2. Ethicor. vnde & 5. Ethicor. dicitur, quod lex præcipit de omnibus actibus omnium uirtutum: sed præcepta decalogi sunt prima principia totius diuinæ legis: ergo præcepta decalogi non pertinent ad solam iustitiam.

2. Præter. Ad iustitiam uidentur pertinere præcipue præcepta iudicialia, quæ contra moralia diuiduntur, ut supra habitum \* est: sed præcepta decalogi sunt præcepta moralia, ut ex diuis \* patet: ergo præcepta decalogi non sunt præcepta iustitiæ.

3. Præterea. Lex præcipue tradit præcepta de actibus iustitiæ pertinentibus ad bonum commune, puta, de officijs publicis, & alijs huiusmodi: sed de his non fit mentio in præceptis decalogi. ergo uidetur, quod præcepta decalogi non pertineant proprie ad iustitiam.

4. Præter. Præcepta decalogi distinguuntur in duas tabulas secundum dilectionem Dei, & proximi, quæ pertinent ad uirtutē charitatis. ergo præcepta decalogi magis pertinent ad charitatem, quā ad iustitiam.

Seo Contra est, q̄ iustitia sola uidentur esse uirtutes, per quam ordinamur ad alterum: sed per om-

¶ Super Questionis centesima vigesima secunda articulum primum.

IN art. 1. q. 1. 2. du-  
bium occurrit cir-  
ca illud in princip.  
corporis art. Præ-  
cepta decalogi sunt  
prima principia leg-  
is, quibus statim ra-  
tio naturalis assentit  
tanquam manifestis-  
simis. Videtur nam-  
que hoc esse falsum,  
atque contra doctri-  
nam in præcedenti  
libro habitam. Nam  
in quæstio. 100. arti-  
culo tertio exclusa  
sunt a præceptis dec-  
alogi principia per  
se nota tam in mo-  
ralibus, quā in fi-  
de, ubi patet. Quo-  
modo ergo nunc di-  
citur, quod sint pri-  
ma principia mani-  
festissima?

¶ Ad hoc dicitur  
q̄ aliud est loqui de  
principijs intrinse-  
cis legis, & aliud de  
principijs extrinse-  
cis, quæ sunt uelut  
prima principia in  
speculabilibus. Nam  
principia intrinseca  
legis clauduntur in-  
fra latitudinem com-  
mune, quæ indigent  
editione: quoniam  
sunt partes legis,  
quæ constat oportere  
promulgari: sunt  
tamen primo edita  
inter omnia quæ in  
lege continentur: &  
propterea uocantur  
prima, & communia  
legis principia. Prin-  
cipia uero extrinseca  
editione non egēt,  
sed solo naturali, seu  
infuso lumine in no-  
bis existente conten-  
ta sunt. Et propterea  
uocantur non prima  
principia legis, sed  
prima principia com-  
munia absolute, ut  
pote ante leges exi-  
stentia. Et hæc sunt  
per se nota lumine  
naturalis, ut nulli es-  
se nocendum, &  
bona esse prosequē-  
da: uel infuso, ut  
credere in Deum,  
diligere Deum, &  
huiusmodi. Illa ue-  
rò non sunt per se no-  
ta, sed modica confi-  
deratione

Supra q. 66.  
art. 1. ad 1.  
& artic. 2. &  
q. 140. art. 1.  
ad 3. & q.  
148. art. 1. ad  
1. Et 1. 2. q.  
99. art. 5. ad  
1. & q. 100.  
art. 2. cor. &  
art. 3. ad 3.  
Lib. 5. c. 1. &  
lib. 5. c. 1. &  
2. tom. 5.

1. 2. q. 99. ar-  
tic. 4.

1. 2. q. 100. ar-  
tic. 3.



ipsum imaginum cultus, cum dicitur, Non coles ea &c. Ad III. dicendum, quod omnes alie superstitiones procedunt ex aliquo pacto cum demonibus innotato, vel expresso: & ideo omnes intelliguntur prohiberi in hoc quod dicitur, Non habes deos alienos.

ARTICVLVS III.

Utrum secundum preceptum decalogi conuenienter traditur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod d secundum preceptum decalogi non conuenienter tradatur. Hoc enim preceptum, Non assumes nomen Dei tui in vanum, sic exponitur in \* gloss. Exod. 20. Non existimes creaturam esse filium Dei, per quod prohibetur error contra fidem. & Deu. 5. exponitur, Non assumes nomen Dei tui in vanu. s. nomen Dei ligno, uel lapidi attribuendo, per quod prohibetur falsa confessio, qua est actus infidelitatis, sicut & error: actus autem infidelitatis est prior superstitione, sicut & fides religione. ergo hoc preceptum debuit pramitti primo, in quo prohibetur superstitio.

¶ 2. Pra. Nomen Dei ad multa assumitur, sicut ad laudandum, ad miracula faciendum, & uniuersaliter ad omnia qua dicuntur, uel fiunt a nobis, secundum illud ad Col. 3. Omne quodcumque facitis uerbo. uel opere, in nomine Domini facite. ergo preceptum, quo prohibetur nomen Dei assumi in uanum, uideatur uniuersalius esse, quam preceptum, quo prohibetur superstitio, & ita debuit ei pramitti.

¶ 3. Pra. Exod. 20. exponitur illud uerbum, Non assumes nomen Dei tui in uanum, iurando scilicet pro nihilo. unde uidetur per hoc prohiberi uana iuratio, qua est, scilicet sine iudicio, sed multo grauior est falsa iuratio, qua est sine ueritate, & iniusta iuratio, qua est sine iustitia. ergo magis debuerunt illa prohiberi per hoc preceptum.

¶ 4. Pra. Multo grauius peccatum est blasphemiam, uel quicquid fiat uerbo, uel facto in contumeliam Dei, quam periurium: ergo blasphemiam, & alia hmoi debuerunt magis per hoc preceptum prohiberi.

¶ 5. Pra. Multa sunt Dei nomina. ergo non debuit indeterminate dici, Non assumes nomen Dei tui in uanu.

SED IN CONTRARIUM est autoritas Scripturae. RESPONDENDUM est, quod oportet prius impedimentum uerae religionis excludere in eo, qui instituitur ad uirtutem, quam eum in uera religione fundare.

Opponitur autem uerae religioni aliquid dupliciter. Uno modo, per excessum, quando scilicet id quod est religionis, alteri indebite exhibetur, quod pertinet ad superstitionem. Alio modo, quasi per defectum reuerentiae, cum scilicet Deus contemnitur, quod pertinet ad uitium irreligiositatis, ut supra habitum \* est. Superstitio autem impedit religionem quantum ad hoc, ne suscipiatur Deus ad colendum. Ille autem, cuius animus implicatus est alicui cultui indebito, non potest simul debitum Dei cultum suscipere, secundum illud Isa. 28. Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat. s. Deus uerus, uel falsus a corde hominis, & pallium breue operire non potest. Per irreligiositatem autem impeditur religio quantum ad hoc, ne Deus, postquam susceptus est, honoretur. Prius autem est Deum suscipere ad colendum, quam eum susceptum honorare: & ideo pramittitur preceptum quo prohibetur superstitio, secundum preceptum, quo prohibetur periurium ad irreligiositatem pertinens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa expositiones sunt mysticae. Literalis autem expositio est,

quae habetur Deute. 5. Non assumes nomen Dei tui in uanum, scilicet iurando pro re, qua non est.

AD II. Dicendum, quod non prohibetur quali ber assumptio diuini nominis per hoc preceptum, sed proprie illa, qua assumitur diuinum nomen ad confirmationem humani uerbi per modum iuramenti, quia ista assumptio diuini nominis est frequentior apud homines. Potest tamen ex consequenti intelligi, quod per hoc prohibeatur ois inordinata diuini nominis assumptio, & fm hoc procedunt illae expositiones, de quibus supra dictum \* est.

AD III. Dicendum, quod pro nihilo iurare dicitur ille, qui iurat pro eo, quod non est, quod pertinet ad falsam iurationem, qua principaliter periurium nominatur, ut supra dictum \* est.

Quando enim aliquis falsum iurat, tunc iuratio est uana secundum seipsam, quia non habet firmamentum ueritatis. Quando autem aliquis iurat sine iudicio ex aliqua leuitate, si uerum iuret, non est uanitas ex parte ipsius iuramenti, sed solum ex parte iurantis.

AD IIII. Dicendum, quod sicut ei qui instruitur in aliqua scientia, primo proponuntur quaedam communia documenta; ita etiam lex, qua instituitur hominem ad uirtutem in preceptis decalogi, quae sunt prima, poposuit ea, uel prohibendo, uel mandando, quae communis in cursu uitae humanae solent accidere. Et ideo inter precepta decalogi prohibetur periurium, quod frequentius accidit quam blasphemiam, in quam homo rarius prolabitur.

AD V. Dicendum, quod nominibus Dei debetur reuerentia ex parte rei significata, qua est una, non autem ratione uocum significantium, quae sunt multae. & ideo singulariter dixit, Non assumes nomen Dei tui in uanum, quia non differt per quodcumque nomen Dei periurium committatur.

ARTICVLVS IIII.

Utrum tertium decalogi preceptum conuenienter tradatur, scilicet, de sanctificatione sabbathi.

Super Quaestione centesima uigesima secunda articuli quartum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter tertium preceptum decalogi tradatur, scilicet de sanctificatione sabbathi. Hoc enim preceptum spiritualiter intellectum, est generale. dicit enim Ambro. \* super illud Luc. 13. archisynagogus indignans, quod sabbatho curasset. Lex, inquit, in sabbatho non iubet hominem curare, sed seruilia opera facere, id est peccatis grauari prohibet. Secundum autem literalem sensum est preceptum ceremoniale. dicitur enim Exod. 31. Videte, ut sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me, & uos in generationibus uestris: precepta autem decalogi & sunt precepta spiritualia, & sunt precepta moralia. inconuenienter ergo ponitur inter precepta decalogi.

¶ 2. Preterea. Ceremonialia legis precepta continent sacra, sacrificia, sacramenta, & obseruantias, ut supra habitum \* est ad sa-

IN artic. 4. omittis secundo & tertio, nota diligentissime, quod preceptum de sanctificatione sabbathi ad litteram non est de interiori, sed de exteriori Dei cultu datur. Colebatur siquidem Deus sabbatho in ipsa exteriori quiete ab operibus seruilibus, quia quiescebant ad representandam diuinam quietem a creatione mundi. In noua uero lege exterior cultus est dicere, uel audire misericordiam. Quies autem a seruilibus operibus est ad remouenda exteriora impedimenta geitis mentis in Deo. Vnde ex duobus capitibus excluditur phantasia dicitur, quod homo teneatur in die festo contritionem habere de peccatis quae habet.

Primò, ex hoc contritio est actus interior: preceptum autem

In corp. i. h. ius. art.

Q. 89. art. 1. ad 3.

1. 2. q. 100. a. 3. ad 2. & q. 100. artic. 4. ad 1. & 3. ad 3. art. 5. & 11a. 36. & 10b. 3. 10a. 4. & 101. 2. 10a. 4. Cap. 13. lib. 7. in luc. in ca. de curatione molle 119. circa mediu. ca. mo 5.

1. 2. q. 10. artic. 4.





festis, non tamen sufficit ad excusandum opera seruilia omnia in festo, nisi ad sit simul necessitas, aut vitatio damni imminetis: & ratio est, quia preceptum de iestionum obseruatione est de actu religionis, ut vacemus Deo. Nec debet impedimentum praestari cultui diuino ex occupatione seruilium circa proximos extra articulum necessitatis. Quod autem dicit ibi glossa, quod in operibus misericordie non est diuersio dierum, intelligendum est cum grano salis, hoc est, in illis operibus, quae de genere suo sunt opera misericordie, quae sunt vestire nudum, pascere esurientem, potum dare sitienti, visitare infirmum &c. quae opera misericordie appellantur, & non intelligitur de omnibus operibus seruilibus, quae causa misericordie fieri possent: quoniam haec per accidens sunt opera misericordie, & per se sunt seruilia. Propter quod non est licitum propter misericordiam colere agros pauperum, aut alia huiusmodi facere in die festo. Si autem pietas sumatur proprie tertio modo, sic dicendum est, quod a nullo prohibito opere pietas excusat in festo: quoniam nec propter consanguineos, aut patriam beniuolos licet in festis iudicialia exercere, & multo minus seruilia opera. Vnde sequitur saluum esse quod liceat, si necessitas non adsit, laborare in festis pro refectione pontis, aut viam propter pietatem publicae utilitatis: sicut non licet propter pietatem consanguineorum haec eadem facere, cum eadem virtus pietatis sit ad consanguineos & patriam.

Q. 104. ar. 1. & art. 2. ad 2. arg.

cundum hoc, omne opus peccati dicitur seruilis. Alia vero seruitus est, qua homo seruit homini. Est autem homo alterius seruus non secundum mentem, sed secundum corpus: ut supra habitum est: & ideo opera seruilia secundum hoc dicuntur opera corporalia, in quibus vnus homo alteri seruit. Tertia autem est seruitus Dei, & in hoc opus seruilis potest dici opus laetitia, quod pertinet ad Dei seruitium. Si autem sic intelligatur opus seruilis, non prohibetur in die sabbathi, quia hoc esset contrarium fini obseruationis sabbathi. Non ad hoc ab alijs operibus abstinere in die sabbathi, ut vacet operibus ad Dei seruitutem pertinentibus: & inde est, quod sicut dicitur Ioan. 7. circuncisionem homo accipit in sabbatho, ut non soluantur lex Moysi. Inde etiam est, quod sicut dicitur Matth. 12. Sabbatum sabbatum violant, id est, corporaliter in sabbatho operantur, & sine crimine sunt; & sic etiam sacerdotes in sabbatho circumferentes arcam non transgrediebantur preceptum de sabbathi obseruatione. Similiter etiam nullius spiritualis actus exercitium est contra obseruationem sabbathi, puta, si quis doceat verbo, vel scripto. Vnde Numeri 28. dicit glossa, quod fabri, & huiusmodi artifices oriuntur in die sabbathi. Lector autem diuinae legis, vel doctor, ab opere suo non desinit, nec tamen contaminatur sabbathum: sicut sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt. Sed alia opera seruilia,

& sicut non licet, agros serere, metere, arare &c. propter patriam extra necessitatis articulum. Et decepti videntur, dicentes oppositum ex pietatis vocabulo: & quia non considerant quod religio nis opera non sunt praetermittenda propter pietatem; quae est ad proximos extra necessitatis articulum in seruilibus operibus. Concludendum est ergo, quod ad litteram Decretales ille intelligendum sunt ut sonant, in casibus, in quibus applicantur, & similibus, licet possint propter veritatem subsistentem quo ad casum necessitatis vrgentis extendi. Vnde non oportet ad obiecta aliter respondere. Reduendo igitur ad discussionem septem casuum ex littera collectorum in primo casu, videlicet de operibus pertinentibus ad Dei seruitium, dubium occurrit, An licitum sit in festo quodlibet seruilis opus ad Dei seruitium facere. Videatur enim quod sic tum quia non videtur maior ratio de vno quam de alio seruilis opere, ac per hoc aut omnia licita sunt ad Dei seruitium, aut nullum licitum erit: tum quia quodcumque opus non malum moraliter, ex hoc quod sit ad Dei seruitium, sit etiam actus religionis: ac per hoc consonat fini huius precepti, qui est, omnis alius, vacare operibus ad Dei seruitutem pertinentibus, ut in littera dicitur. In oppositum autem est, quia si sic esset, liceret ecclesiarum quantumcumque diuinitum agros colere, terras fodere, domos fabricare, & alia huiusmodi facere ad Dei seruitium, quod est saluum.

Ad hoc dicitur quod corporalia opera sunt triplicis ordinis. Quorum vnus diuinitur olim erat: gellare arcam de monte et orum statuas argenteas, vel arcam portante crucem, & huiusmodi: & haec sunt opera

quae dicuntur seruilia primo, vel secundo modo, contrariarum obseruantia sabbathi, in quantum impediunt applicationem hominis ad diuina. Et quia magis homo impeditur a rebus diuinis per opus peccati, quam per opus licitum, quamuis sit corporale: ideo magis contra hoc preceptum agit qui peccat in die festo, quam qui aliud corporale hoc preceptum facit. Vnde Aug. dicit in libro de decem chordis. Melius faceret lae daxis in agro suo aliquid vtilis, si in theatro sediosus existeret. Melius femina eorum quod tota dia in noemenis suis impudescerent. Non enim qui peccat venialiter in sabbatho, contra hoc preceptum facit, quia peccatum veniale non excludit laetitiam. Opera enim corporalia ad spiritalium Dei cultum non pertinentia, in quantum seruilia dicuntur, in quantum proprie pertinent ad feruentes; in quantum vero sunt communia seruis, & liberis, seruilia non dicuntur. Quibus autem tam seruis, quam liberis necitur in necessarijs prouideri non tantum sibi, sed etiam proximo, praecipue quidem in his que ad salutem corporis pertinent. Secundario autem etiam in diuino rerum vitando, secundum lud Deute. 22. Non videtis boves fratris tui, aut ouem errantem in praeteritis, sed reduces fratri tuo: & ideo opus corporale pertinet ad conseruandam salutem propriam

Tunc enim cum non decuerit praeterire eum passionis Domini, ratione conueniens pro paschali sollemnitate. Similiter in concursu immunda reddita sunt immunditia inter sollemnitates dures, & sic de preparatoria opera ex causa rationis facienda, si simplici tamen corde fuerint operatum, quia sunt infra ea, quae per se operantur, & per se spectant ad Dei seruitutem, & per se accidunt ordinata ad diuinum cultum, quae non proprie ad diuinum cultum, quod est in suo genere non ordinatur ad cultum, sed re, fabricare, fodere, & huiusmodi, quae causa licita sunt in festo, pura, & sine peccato possit prouideri sibi de huiusmodi necessitate, nisi quia multi hoc fecerunt, & abique reprehensione; & nullam vniuacant in veritate seruis diuinis, & Quare autem extra necessitatis articulum in festo, rano est, quia illa sunt opera, per se spectantia ad Dei seruitutem, quae nra tam primi, quam secundi ordinis sunt hoc e consuetudine populi

legum interpretis, qua vix & forte non nisi alicubi sine scanda-  
lo toleretur, huiusmodi labores fieri in obsequium pauperum  
ecclesiarum.

Ad primam ergo objectionem in oppositum dicitur, quod a-  
d istam rationem de his quae sunt in primo & in secundo ordine, &

Ad secundam ve-  
ro dicitur, quod ad  
hoc preceptum spe-  
cialiter occupari in ope-  
ribus, quae per se spe-  
tant ad Dei seruitiu-  
m, non autem in  
operibus extraneis,  
quae per accidens  
ordinantur ad Dei  
seruitium, qualia  
sunt opera tertij or-  
dinis.

In secundo casu  
corporali exerci-  
tio spiritualis actus  
suo occurrunt du-  
a. Alterum de ip-  
sius vniuersali regula,  
videlicet, Nullius spi-  
ritualis actus exer-  
cium est contra ob-  
seruationem sabbathi.  
Secundum de exem-  
to, videlicet, Doce-  
re verbo, vel scripto.  
Mortificatio namque  
veritate illius re-  
gulae. Nam si spiri-  
tuale dicitur a spiri-  
tuali, eo modo  
non dicitur spirita-  
lia sacramenta, & sa-  
cra doctrina, sic se-  
quereur quod doce-  
re philosophiam non  
esset licitum in fe-  
sto, quod falsum est.  
In vero spirituale su-  
mitur a mente nostra  
modo, quo virtu-  
tes omnes, & opera  
intellectus dicuntur  
& actus spirituales,  
sic sequereur,  
quod omnia opera  
seruitium essent licita  
in die festo: quia  
est virtus intellec-  
tualis, vt patet in 6.  
Ethi. ac per hoc lice-  
ret in festis resere,  
seu fabricare, & hu-  
iusmodi. Sequereur  
etiam quod licitum  
esset diebus festis ad-  
vocatus parocinari  
in causis iustis, cum actus iste sit scientiae vsus.

Ad quartum dicendum, quod obser-  
uantia diei dominicae in noua le-  
ge succedit obseruationi sabbathi,  
non ex vi praecipii legis, sed ex co-  
stitutione Ecclesiae, & consuetudi-  
ne populi christiani. Nec enim huius-  
modi obseruatio est figuralis, si-  
cut fuit obseruatio sabbathi in ve-  
teri lege. & ideo non est ita arcta  
prohibito operandi in die dnica  
sicut in die sabbathi: sed quaedam  
opera conceduntur in die dnica,  
quae in die sabbathi prohibebantur,  
sicut decoctio ciborum, & alia hu-  
iusmodi. Et etiam in quibusdam  
operibus prohibitis facilius pro-  
pter necessitatem dispensatur in  
noua quam in veteri lege; quia fi-  
gura pertinet ad protectionem  
veritatis, quam nec in modico  
praeterire oportet. Opera autem  
secundum se considerata immu-  
tari possunt pro loco, & tempore.

Ad quintum sic procedi-  
tur. Videtur quod inconueni-  
ter tradatur quartum praecipium  
de honoratione parentum. Hoc  
enim est praecipium, quod perti-  
net ad pietatem: sed sicut pietas  
est pars iustitiae, ita etiam obser-  
uantia, & gratia, & alia de quibus  
dictum est. ergo videtur quod  
non debuit dari speciale praecipium  
de pietate, cum de alijs non detur.

¶ 2 Praet. Pietas non solum exhibet  
cultum parentibus, sed patrie,  
& etiam alijs sanguine coniunctis,  
& patriae beneuolis, vt supra di-  
ctum est. Inconuenienter ergo  
in hoc quarto praecipio fit men-  
tio solum de huiusmodi honora-  
tione patris, & matris.

¶ 3 Praet. Parentibus non solum  
debetur honoris reuerentia, sed  
etiam sustentatio. ergo insuffi-  
cienter sola parentum honoratio  
praecipitur.

¶ 4 Praet. Contingit quandoque,  
quod hi qui honorant parentes,  
cito moriuntur: & e contrario, qui  
parentes non honorant, diu viuunt.  
Inconuenienter ergo creditur huic  
praecipio haec promissio, vt sis  
longaeuus super terram.

In contrarium est sacrae scri-  
pturae autoritas.  
RESPOND. Dicendum, quod praeci-  
pta decalogi ordinantur ad dilectio-  
nem Dei, & proximi. Inter proxi-  
mos autem maxime obligamur pa-  
rentibus: & ideo immediate post  
praecipia ordinantur nos in Deum,  
ponitur praecipium ordinans nos  
ad parentes, qui sunt particulare  
principium nostri esse, sicut Deus  
est vniuersale principium: & sic est  
quaedam affinitas huius praecipii  
ad praecipia primae tabulae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod  
spiritualis est, & omni tempore licita. Nec obstat quod sit electio  
ad temporalia officia, aut negotia: quoniam haec materialiter  
se habent ad electionem, quae formaliter & per se est terminus  
consilij. Aduerte tamen in hac regula, quod intelligenda est  
quantum est ex genere operis: quod propterea dico, quia ex pro-  
hibitione Ecclesiae aliquis actus spiritualis est illicitus in festo. s.  
vsus spiritualis potestatis praetorum ad exercenda iudicia, &  
processus, vt patet ex supra allegatis. Et propterea omnis actus  
spiritualis, qui non specialiter est prohibitus ab Ecclesia in festo,  
est proculdubio licitus in festo. Et hinc fit, quod prelati possunt  
potestate sua in festis vi, nisi in prohibitis, quae dicta sunt, & in-  
frascripti fuerint singillatim.

Arereligioso absq; strepitu iudiciali, & alia huiusmodi quae in ar-  
tic. 3. q. 100 superius habes, vbi de actibus spiritualibus quaestio  
veritur. Actus vero spirituales penes spiritum mentis nostrae li-  
citi quidem, sed non mandati sunt in festo. Sed a quocunq;  
spiritu actus dicantur spirituales, oportet considerare, quod in

ARTICVLVS V.

Utrum conuenienter tradatur quartum  
praecipium de honoratione  
parentum:

AD QVINTVM sic procedi-  
tur. Videtur quod inconueni-  
ter tradatur quartum praecipium  
de honoratione parentum. Hoc  
enim est praecipium, quod perti-  
net ad pietatem: sed sicut pietas  
est pars iustitiae, ita etiam obser-  
uantia, & gratia, & alia de quibus  
dictum est. ergo videtur quod  
non debuit dari speciale praecipium  
de pietate, cum de alijs non detur.

¶ 2 Praet. Pietas non solum exhibet  
cultum parentibus, sed patrie,  
& etiam alijs sanguine coniunctis,  
& patriae beneuolis, vt supra di-  
ctum est. Inconuenienter ergo  
in hoc quarto praecipio fit men-  
tio solum de huiusmodi honora-  
tione patris, & matris.

¶ 3 Praet. Parentibus non solum  
debetur honoris reuerentia, sed  
etiam sustentatio. ergo insuffi-  
cienter sola parentum honoratio  
praecipitur.

¶ 4 Praet. Contingit quandoque,  
quod hi qui honorant parentes,  
cito moriuntur: & e contrario, qui  
parentes non honorant, diu viuunt.  
Inconuenienter ergo creditur huic  
praecipio haec promissio, vt sis  
longaeuus super terram.

In contrarium est sacrae scri-  
pturae autoritas.

RESPOND. Dicendum, quod praeci-  
pta decalogi ordinantur ad dilectio-  
nem Dei, & proximi. Inter proxi-  
mos autem maxime obligamur pa-  
rentibus: & ideo immediate post  
praecipia ordinantur nos in Deum,  
ponitur praecipium ordinans nos  
ad parentes, qui sunt particulare  
principium nostri esse, sicut Deus  
est vniuersale principium: & sic est  
quaedam affinitas huius praecipii  
ad praecipia primae tabulae.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod

spiritualis est, & omni tempore licita. Nec obstat quod sit electio  
ad temporalia officia, aut negotia: quoniam haec materialiter  
se habent ad electionem, quae formaliter & per se est terminus  
consilij. Aduerte tamen in hac regula, quod intelligenda est  
quantum est ex genere operis: quod propterea dico, quia ex pro-  
hibitione Ecclesiae aliquis actus spiritualis est illicitus in festo. s.  
vsus spiritualis potestatis praetorum ad exercenda iudicia, &  
processus, vt patet ex supra allegatis. Et propterea omnis actus  
spiritualis, qui non specialiter est prohibitus ab Ecclesia in festo,  
est proculdubio licitus in festo. Et hinc fit, quod prelati possunt  
potestate sua in festis vi, nisi in prohibitis, quae dicta sunt, & in-  
frascripti fuerint singillatim.

1. di. 37. ar.  
2. q. 2.

Q. 101. & 102.

Q. 101. ar. 1.

¶ Ad



Ad secundum dubium dicitur, qd scribere de genera suo no est factus ierulis, sed communis liberis, & seruis. Vnde & reges prelatosq; omnes noo dedecet scribere, quin potius turpem principem putamus nescientem exprimere conceptum, aut secretum suum propria manu Quare autem quandoq; sit licitum, & quandoque no, in diebus

Q. 101. art. 1. & 2.

festis, ratio est, quia scribere quandoque est quasi l' ecies quaedam locutionis, & tunc est opus liberum: ita qd locutio quasi diuiditur in locutionem successiuam, & locutionem permanentem. Illa fit labijs, & lingua, & instrumentis naturalibus tantum: ista fit scriptura. Quandoque autem non egreditur latitudinem corporalis operis, sicut mechanicum quoddam opus existens, vt pingere, & statuam facere, & tunc est opus seruale Propter quod scribere literas, scribere per se, vel per alium docendo, & huiusmodi, licitum est in festo: quoniam hoc non est aliud quam loqui permanentem. Transcribere autem illic tum est, quoniam mechanicum, quoniam corporalis operis limen non exit.

¶ In tertio casu, & duobus sequentibus aduerte diligenter, & perspicaciter eorum rationem. Ad cuius euidentiam sci to, quod operum corporaliu quaedam sunt ex suo genere seruilia & haec sunt propria seruis, sit opera mechanica. Quaedam ex suo genere libera & haec sunt propria liberis, vt opera artium liberalium. Quaedam vero ex suo genere communia seruis, & liberis, vt scribere, & itinerare. Cum autem sola serui ha prohibita sint in festo, libera autem & communia remanserint licita in festo, intantum licita vtiur licentia communium, qd non solum communia ex suo genere, sed etiam quae seruilia sunt ex suo genere, si in casu induunt ratione communium, licita sint, vt pote exuta tunicam seruitutis, & vestita formam communium. Induunt autem rationem communium, vt in litera dicitur, cum sunt necessaria ad salutem corporalem propriam vel proximi, vel ad euitandum imminens danu exteriorum rerum tam suarum, quam proximi. Et propterea tertius, quartus, & quintus casus, liciti sunt in festo. Et hinc patet multorum licentia operum in festo. l' medicorum ta physicoru, quam chirurgicorum, phlebotomantium, tondentium capita, & vniuersaliter seruitorum omnium necessariorum ad sanitatem corporis Hinc longe fuge, & bella in festis licent. Hinc etiam ipsum diuinum cultum auditionis Missae, licite omittunt consules, ac seruientes infirmis, quando vtrumque fieri nequit. Haec enim omnia & simi ia ex hoc ipso qd necessaria sunt ad corporalem salutem, communia sunt seruis & dominis, ac per hoc sine alia dispensatione licita vt pote extra genus prohibitorum existentia. Hinc quoque imminente celo licite laboratur, faciendo fessas, aggeres, propugnacula, & huiusmodi in festo, vt scilicet euitetur imminens damnum exteriorum rerum, & sicut imminete publico bello ac dano hec licent, ita imminete huic pauperi priuato damno ex priuato bello iniusto, quod dominus suus habet aduersus eum, dum vult ipsum damnificare in rebus, aut persona, nisi fodiat in festo, licite ad vitandum imminens damnum laborat in festo. Hinc imminente pluuia vitatur licite damnum reru sub dio damnificandarum, auferendo inde eas quacumq; res sint. Sic licite subleuantur bestiae a casu huiusmodi. Hinc mater ra-

¶ 101. art. 2.

ficat supra dictum \* est, pietas ordinatur ad reddendum debitum parentibus, quod communiter ad omnes pertinet: & ideo inter praeccepta decalogi, quae sunt communia, magis debet poni aliquid pertinens ad pietatem, quam ad alias partes iustitiae, quae respiciunt aliud quod debitum speciale.

AD SECUNDVM dicendum, qd per prius aliquid debetur parentibus, quam patrie, & consanguineis: quia per hoc qd sumus nati a parentibus, pertinent ad nos & consanguinei, & patria. & ideo cum praeccepta decalogi sint prima praeccepta legis, magis ordinatur homo per ea ad parentes, quam ad patriam, vel ad alios consanguineos, nihilominus tamen in hoc praeccepto, qd est de honoratione parentu, intelligitur mādari quicquid pertinet ad reddendum debitum cuiusq; personae, sicut secundarium includitur in principali.

AD TERTIVM dicendum, qd parentibus, inquantu huiusmodi, debetur reuerentiae honor: sed sustentatio, & alia huiusmodi debet eis ratione alicuius accidentis, puta, inquantu sunt indigetes, vel serui, vel aliquid huiusmodi, vt supra dictu \* est. Et quia qd est per se, prius est eo quod est per accidens: ideo inter prima etiam praeccepta legis, quae sunt praeccepta decalogi, spe-

tionabiliter timens damnum stupra in potestatem ducere ad Ecclesiam, nec habere in festo omittit Missam. Hoc ad rationem reipublicae, & multorum priuatores, vt communes artes, que conuincuntur...

cialiter praecipitur honoratio parentum, in quo, sicut in quodam principali, intelligitur mandatum sustentatio, & quicquid aliud parentibus debetur.

AD QVARTVM dicendum, qd honestas promittitur honoratibus parentes non solum quantum ad futuram vitam, sed etiam quantum ad presentem, fm illud Aposto. 1. ad Tim. 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, & futura: & hoc rationabiliter. Qui enim est gratus benefico, meretur fm quaedam congruentiam tibi beneficium conferuetur. Propter ingratitudinem autem meretur aliquis beneficium perdere. Beneficium autem vitae corporalis post Deum a parentibus habemus; & ideo licet qui honorat parentes qualibet benefico gratus, meretur vitae conseruationem: qui autem non honorat parentes, tanquam ingratus meretur vita priuari. Quia tamen prole bona, vel mala non cadunt sub merito, vel demerito, nisi inquantum ordinantur ad futuram remunerationem, vt dicitur \* ethi. 12. quod in modum iudiciorum, que maxime futuram remunerationem respiciunt, aliqui qui sunt pii in partibus, alii qui sunt impii, vt dicitur in impii in parentes, diutius...

di, multos dies exigentes ad coactionem, ars, vel impossibilis esset, vbi plura...

In sexto casu, vbi licita ex coactione...

Secundum autem prohibitorum existentia...

Sed ad hoc dicendum est, quod licite ad illuminationem iudicis ordinatur...

ARTICVLVS VI.

Utrum alia sex precepta decalogi inconuenienter tradantur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod alia sex precepta decalogi inconuenienter tradantur. Non enim sufficit ad salutem, quod aliquis proximo suo non noccat, sed requiritur, quod ei debitum reddat, secundum illud ad Rom. 13. Reddite omnibus debita: sed in sex ultimis preceptis solum prohibetur nocentium proximo inferendum. ergo inconuenienter predicta precepta traduntur.

¶ 2 Præterea. In predictis preceptis prohibentur homicidium, adulterium, furtum, & falsum testimonium: sed multa alia nocentia possunt proximo inferri, ut patet ex his quæ supra determinata sunt. ergo videtur, quod inconuenienter sint tradita huiusmodi precepta.

¶ 3 Præterea. Concupiscentia dupliciter potest capi, uno modo, secundum quod est actus voluntatis, ut dicitur Sap. 6. Concupiscentia sapientie deducit ad Regnum perpetuum: alio modo, secundum

licitum est. Vendere quoque, & emere calcæos, & similia, alicubi licitum est rusticis, non nisi festis diebus ad oppidum uenientibus cum pecunia, ut emere possint talia: sicut Romæ licitum est diebus festis emere, ac vendere asinos, & equos, quia sic est consuetudo in publico foro in diebus festis spectante mundo. Hæc enim

omnia, ubi antiquata est consuetudo, ac per hoc a prelati scilicet, cum sint omnibus notoria, licita sunt ex ipsa consuetudine fundata super libertate Euangelica, qua non tenemur stricto iuri veteris legis de obseruatione festorum. Et eadem ratione licitum est barbitonatoribus artem suam exercere usque ad tot noctis horas iuxta patriæ consuetudinem, vacando tamen per viginti quatuor horas: quia festi quod ad principium & finem inchoant secundum consuetudinem regionum, ut extra, de fer. in cap. Quoniam, dicitur. Nec obstat si dicatur, quod una ars non facit consuetudinem, tum quia concurrit populus qui tondeatur, ad hanc consuetudinem: tum quia scientia prelatorum absque reprehensione per se, vel parochianos, vel predicatorum licita facit opera illius artis, quæ consuetudo tolerat, ut patet in exemplo dato de venditione caballorum Romæ.

¶ 4 Præterea. Homicidium est grauius peccatum quam adulterium, vel furtum: sed non ponitur aliquod præceptum prohibitorium concupiscentie homicidij, ergo inconuenienter ponuntur quædam præcepta prohibitoria concupiscentiæ, furti, & adulterij.

SED IN CONTRARIVM est auctoritas Scripturæ.

RESPON. Dicendum, quod sicut per partes iustitiæ debitum redditur aliquibus determinatis personis, quibus homo aliqua speciali ratione obligatur: ita etiam per iustitiæ proprie dicta aliquis debitum redditur communiter omnibus. Et ideo post

ma. Similiter non obstat, quod cap. illud exprimat extensionem temporis, & non restrictionem: quoniam cap. illud non vnum tantum, sed multa exprimit disparata inter se, scilicet, quod finis, & initium festorum sit iuxta regionum consuetudinem, & quod iuxta solennitatem maiorum prior præsentio, & subsequens retardatio absentientie ab operibus fiat. Moderationis tamen illius memento in huiusmodi, ut non dilatentur, nec consuetudo post horam vespereorum extendantur ad totam diem, & huiusmodi. Eadem quoque ratione excusantur a diuino cultu audiendi missam puellæ, ubi consuetum est quod non exeat: ita quod nec ipsæ, nec matres peccant propter hoc. Et similiter quæ consueuerunt vno mense domum non exire propter viri mortem. Et omnium prius, & nunc dictorum communis ratio est, quod omnia hæc sunt de iure positivo, quod constat per contrariam consuetudinem abrogari prelati scientibus, & non reprehendentibus. Nec est opus videre si consuetudo sit rationaliter introducta: sufficit enim quod ita sit. Venari autem solarij causæ, ut domini faciunt: & ludere cum magna, vel parua sphæra, & huiusmodi: & similiter sonare musicis instrumentis, & choreas ducere, & similia, si modico temporis spatio fient cum debitis circumstantijs, licitum esset, cum non possit homo diem absque delectatione transire, ut dicitur in 9. Ethicorum. Sed quod toto quasi die, vel magna festi parte, hæc fiant, illicitum est: quia hæc contrariantur fini huius præcepti, qui est, vacare diuinis: impeditur enim propter hæc a vacatione diuinorum. Non tamen est peccatum mortale, quia non est contra id quod præcipitur hoc præcepto. Iam enim dictum est, quod aliud est de quo datur præceptum, & aliud quod est finis præcepti. Et scito quod multa diximus licita ex consuetudine, quæ ex ratione quasi damni imminetis, etiam videntur licita, ut patet de vectoribus rerum ad longa itinera, quibus nisi præntia rerum mutarentur, damnosa esset eorum ars: aut ratione pietatis, ut ius dicere rusticis: aut ratione quasi necessitatis, ut ars lanionum in æstate, quando carnes corrumpuntur inter continua festa, & sic de similibus. Complementum tamen omnium quod liceant, videtur mihi consuetudo populi Christiani.

¶ 5 Præterea. Iuramentum in seipso, iurans in seipso, peccat moraliter, quod constat esse falsum. Sed tunc obijciatur: quia ex quo iures, & iudicia sunt prohibita in seipso, superflue iuramenta iudicialia prohibentur. Sed hoc potest impliciter solui. Primo, quod tempore quo conditus est ille Canon in Concilio Compedien. adhuc non erant Ecclesiastica iudicia prohibita, quæ postmodum Greg. Nonus in cap. Consequens, prohibuit. Secundo dicitur, quia adhuc restant iudicia aliquando in festis licita, scilicet causa necessitatis, vel pietatis, iuramentum iuramenta præstanda in festis, ut auctor exponit superius in quest. 89. articulo. pro rebus temporalibus, nisi forte in magna necessitate, non autem pro spiritualibus negocijs. Et ratio ista est, quia festis diebus est spiritualibus rebus uacandum, non temporalibus. Postea & tertio dicitur iuxta istam auctoris distinctionem, quod lex exprimitur uoluit in specie, iuramenta iudicialia pro temporalibus causis intelligi prohibita. Quia enim iuramentum iurandi de se habet quandam spiritualitatem, cum sit actus religionis, uideri siquidem potest, quod consensum esset fini diuinorum festorum: & idcirco non superfluum fuit specialiter inlibere iuramenta iudicialia in festo.

¶ 6 Præterea. Iuramentum in seipso, iurans in seipso, peccat moraliter, quod constat esse falsum. Sed tunc obijciatur: quia ex quo iures, & iudicia sunt prohibita in seipso, superflue iuramenta iudicialia prohibentur. Sed hoc potest impliciter solui. Primo, quod tempore quo conditus est ille Canon in Concilio Compedien. adhuc non erant Ecclesiastica iudicia prohibita, quæ postmodum Greg. Nonus in cap. Consequens, prohibuit. Secundo dicitur, quia adhuc restant iudicia aliquando in festis licita, scilicet causa necessitatis, vel pietatis, iuramentum iuramenta præstanda in festis, ut auctor exponit superius in quest. 89. articulo. pro rebus temporalibus, nisi forte in magna necessitate, non autem pro spiritualibus negocijs. Et ratio ista est, quia festis diebus est spiritualibus rebus uacandum, non temporalibus. Postea & tertio dicitur iuxta istam auctoris distinctionem, quod lex exprimitur uoluit in specie, iuramenta iudicialia pro temporalibus causis intelligi prohibita. Quia enim iuramentum iurandi de se habet quandam spiritualitatem, cum sit actus religionis, uideri siquidem potest, quod consensum esset fini diuinorum festorum: & idcirco non superfluum fuit specialiter inlibere iuramenta iudicialia in festo.

Secunda Secundæ S. Thomæ. OO ¶ In



operas informando in causis diebus festis, ut patet Romae. Me licet minores, & huiusmodi, ita pro mercede operantur diebus festis sicut alijs, natura similiter. Et breuiter manifeste absque tergiversatione aliqua liquet, quod operantes in diebus festis opera quae reputantur licita in illis diebus eadem intentione, ut pacta, & conuen-

Furtum etiam habet rationem aliquam boni, scilicet utilitatis. Bonum autem de se habet rationem concupiscibilis. Et ideo fuit specialibus praecipis prohibenda concupiscentia furti, & adulterij: non autem concupiscentia homicidij.

QVAESTIO CXXIII.

De fortitudine, in duodecim articulis diuisa.

CONSEQUENTER post iustitiam considerandum est de fortitudine. Et primo de ipsa virtute fortitudinis.

¶ Secundo. De partibus eius.

¶ Tertio. De dono ei correspondente.

¶ Quarto. De praecipis ad ipsam pertinentibus.

¶ Circa fortitudinem autem consideranda sunt tria.

¶ Primo quod est de ipsa fortitudine.

¶ Secundo. De actu praecipuo eius, scilicet, de martyrio.

¶ Tertio. De vitijs oppositis.

CIRCA primum quaeruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum fortitudo sit virtus.

¶ Secundo, Vtrum sit virtus specialis.

¶ Super Quaestione consensum est in summa articulo primo.

In q. 123. incipit sexta pars huius libri, in qua tractatur de fortitudine. Occurrit autem in hoc tractatu, & sequenti de temperantia, nouus S. Tho. impugnator doctor Parisien. qui ex proposito duos libros edidit per modum quaestionum. Alteru de fortitudine, alterum de temperantia, conaturque, ut audio, quantum potest dicta authoris impugnare: propter quod decreui obiecta eius referre, & cum Diu Thomae auxilio soluerem. solidam eius doctrinam clarificando.

In primo igitur articulo huius q. dubium occurrit ex dicto Doctore, qui vocatur Martinus de Magistris, cuius superius in tractatu de odio & inuidia corrigendo meminimus, circa rationem redditam in corpore art. ad ostendendum, quod fortitudo est virtus, quia tollit impedimenta abducentia voluntatem a rectitudine rationis. Arguit siquidem contra hoc prima sua q. sex medijs. Primo sic. Ois virtus moralis habet ponere rectitudinem in operibus humanis. igitur fortitudo non est praecipua virtus ex hoc quod tollit impedimenta rectitudinis ponenda in operibus humanis. Antecedens probatur inductiue sic. Rectitudo ista, spugnandum est contra hostem oppugnantem civitatem, ponenda est ab aliqua virtute morali, & non a prudentia, nec temperantia, nec iustitia. ergo a fortitudine. Similiter, Rectitudo ista, abstinentium est ab vxore aliena, ponenda est, & non a iustitia, nec fortitudine, ergo a temperantia: de iustitia vero non oportet probare quod sit positua rectitudinis, quia in littera author fateatur, & non sunt plures morales virtutes: quia prudentia est virtus intellectualis. ergo &c. Secundo, Ois virtus moralis debet denominari ab operatione, quam a remotione impeditur: virtus est huiusmodi. ergo. Tertio, Rectitudo rationis potest poni in operibus humanis tam si sunt ad alterum, quam si sunt ad se: sed iustitia ponit rectitudinem in his quae sunt ad alterum, ergo aliae virtutes ponunt rectitudinem in his quae sunt ad se. Quarto, autoritate Arist. in 1. Rhet. distinguendo virtutem dicendo, quod est potentia benefactiua. Quinto, Stante aequali periculo, & aequali actu in contemnendo periculum, adhuc vnus potest fortius facere quam alter, & non nisi ratione actus humani, in quo ponitur rectitudo rationis. ergo fortitudo habet ponere rectitudinem in operibus humanis. Sexto, Sublato impedimento tali, ponitur rectitudo, aliter sublatio impedimenti esset otiosa: sed huiusmodi rectitudo non ponitur per temperantiam, neque per iustitiam, ut patet. ergo per fortitudinem.

¶ Tertio, Vtrum fortitudo sit solum circa timores, & audacias.

¶ Quarto, Vtrum sit solum circa timorem mortis.

¶ Quinto, Vtrum sit solum in rebus bellicis.

¶ Sexto, Vtrum sustinere sit praecipuus actus eius.

¶ Septimo, Vtrum operetur propter proprium bonum.

¶ Octauo, Vtrum habeat delectationem in suo actu.

¶ Nono, Vtrum fortitudo maxime consistat in repentinis.

¶ Decimo, Vtrum vtatur ira in sua operatione.

¶ Undecimo, Vtrum sit virtus Cardinalis.

¶ Duodecimo, De comparatione eius ad alias virtutes Cardinales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fortitudo sit virtus.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod fortitudo non sit virtus. Dicit enim Apostolus 2. ad Corinth. 11. Virtus in infirmitate perficitur: sed fortitudo in infirmitate opponitur. ergo fortitudo non est virtus.

¶ Ad hoc evidenti recolenda est doctrina in praecedenti lib. habita, scilicet quod voluntas humana ex sua natura determinata est ad rationis bonum in operibus humanis, quae sunt ad se, ita quod non eget in seipsa virtute aliqua ad hoc. Et ratio est, quia inclinatur naturaliter in proprium bonum suppositi sui: & quia non inclinatur naturaliter in bonum alterius, ideo eget voluntas virtute aliqua in seipso ipsa voluntate, ad hoc quod recte velit bonum alterius. Et propterea iustitia, quae perficit in operibus ad alterum, est in voluntate: fortitudo autem & temperantia, quae perficiunt humanos actus in ordine ad ipsam operantem, non sunt in voluntate, sed in appetitu sensitivo, ut rationalis tamen est per participationem, ut patet ex 3. Ethic. in principio capit. de Temperantia. ex hac namque radice pullulat, quod voluntas quantum est ex parte sua, est recte electa tam in his quae sunt temperantiae, quam in his quae sunt

Secunda Secunda S. Thomae. OO 2 forti-

Infra arti. 4. & 5. cor. & q. 124. art. 2. cor. & 3. dist. 33. q. 3. artic. 3. q. 1. cor. & op. 43. lib. 4. cap. 17. & Plalm. 17. & 3. licti. let. 18. dist.